Quelle: https://manuscripta.at/?ID=672
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

mundare. Et manum ad tan-
gendum extendens effugit illico
lepra; et munda est manus
domini nostri lepram. sed mundum teti-
gisse corpus. Consideremus
et nos nunc dilectissimi fratres.
ut nullus peccati lepram in sui habe-
at anima; ut nullus contagia
omnes delictorum in suo retineat
corde; et si habet instanter a-
dorans dominum dicat ad eum.
Domine; si vis potes me mun-
dare. Tu illum prius multa
delicta committentem mundasti
naaman. tu innumerabilibus
aliis a seculo peccatoribus miser-
tus es; tu ergo si vis potes me
mundare. Et ille mox miseri-
cordie porrigens manum di-
cat; volo: mundare. Et ille
erit illi mundato a lepra. Huic
cui misertus est. huic credenti
domino. qui confisus est in virtute
eius; huic ergo dixit ille. Ecce
iam sanatus es. spacio mun-
dus effectus es; noli oblivi-
sci qualis fueris. et qualis factus (qualis)
sis. Non cesses gratias agere:
non taceas confiteri. Hec et nos
facere debemus o fratres. quod a

domino deo nostro aliquo periculo
liberemur. quod ab aliquo do- (liberamur)
lore salvemur. sive infirmitatibus
sive vulneris. sive aliqualibet
necessitate non efficiamur ingrati.
non dedignemur liberatori no-
stro; sed alacriter gratiarum actionem
ei reddamus; sed et munia secun-
dum facultatem nostram ad honorificandum
deum ei exhibeamus. Hec enim et
illi mandavit dominus. Vade
et ostende te sacerdoti; et offer munus
tuum. Dixit ergo ei ille. Vide ne-
mini dixeris. Et quare o dul-
cissime domine dicat nemini.
Propter meam aut humilitatem
propter meam dulcedinem; ut et vos
doceamini quando aliquid boni fa-
citis. non gloriari. non extolli;
non mundo placere velle in con-
spectu hominum. sicut consuetudo
est aliquantis. sive cum boni
aliquid fecerunt. sive cum ieiuna-
verunt. sive in pauperum elemo-
sinis et largitatibus. sive in
altaris honore. sive in sanctorum
honorificentia. Etenim ipsi an-
te homines volunt gloriari et sibi
placere; ante deum mercedem
perdentes. Vide nemini dixeris.